

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]

Ex historia ecclesiastica relatio de eodem beato Iohanne

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

IOHANNES APOSTOLUS
ET EUANGELISTA FILIUS

zebedei frater iacobi. uirgo electus
ad dño. atque inter ceteros magis
dilectus. Qui etiam super pec-
tus magistri recumbens euangelii
sui fluentia de ipso sacro dominici
pectoris fonte potauit. Et qua-
si unus de paradisi fluminibus. uerbi
dī gratiam in toto terrarum orbe
diffudit. Quique in loco xp̄i xp̄o
iubente successit: dum suscipiens
matrem magistri discipulus par-
post xp̄m. alter quodam modo dere-
lictus est filius. Hic dum euan-
gelium xp̄i in asia praedicaret. ad
mitiano caesare in patmos insula
metallo religatus. Vbi etiam
positus apocalypsin scripsit. In-
tersecro autem a senatu domitia-
no. exilio resolutus recessit ephesū.
Ibi que ob hereticorum refutandas
uersitas. et flagitatus ab asiae
ep̄s. euangelium nouissimum edidit.
Cuius quidem inter alias uirtutes
magnitudo signorum haec fuit.
Mutauit in aurum. siluestres fron-
dium uirgas. Litora q̄ saxa in
gemmas. Item gemmas in frag-
mina. In propriam reformauit
naturam. Viduam quoq̄ prae-
cepto populi suscitauit. Et reu-
iuuum iuuenis corpus. remeante
anima reparauit. bibens locis

rum haustum. Non solum euasit
periculum. sed eodem prosternit
poculo. inuitae reparauit statum.

Hic autem anno sexagesimo septimo.
post passionem dñi saluatoris. sub
traiano principe. longevae uetustatis
senio fessus. cum diem trans migrati-
onis suae in minere sibi sentiret. ius-
sit se ferri effodere sibi sepulchrum.
atq̄ inde ualedicens fratribus. facta
oratione. uiuentis tumulum introiit.

Deinde in eo. tanquam in lectulo requi-
euit. Vnde accidit ut quidam eū
uiuere asserant. Nec mortuum in
sepulchro. sed dormientem iacere
contendant. Maxime pro eo quod
illuc terra sensim ab imo scaturiens.
ad superficiem sepulchri conscendat.

Et quasi flatu quiescentis. deorsum
ad superiora puluis ebulliat.

XXXII ITEM EX HISTORIA ECCLE-
SIASTICA RELATIO DE EO
DE BEATO IOHANNE.

Adi fabulam non fabulam sed rem
gestam de iohanne apostolo. & me-
morus omnium traditam. Cum
post cyranni obitum de patmo
insula ephesum rediret. rogabatur
etiam uicinas inlustrare prouincias.
quo uel ecclesias fundaret in quib.
non erant locis. uel in quibus erant.
sacerdotibus ac magistris instrueret.
secundum quod ei de uero quoq̄ sp̄s
sc̄s indicasset. Cum igitur uenis

set ad quandam urbem haud longe
positam omnibus ecclesiasticis sol
lemniter adimpletis. Uidet iuue
nem quendam ualidum corpore &
uul tu elegantem sed et animus acie
nimis. **R**espiciens q̄ ad ep̄m qui
nuper fuerat ordinatus. **H**unc in
quit tibi summo studio commendo
subtestimonio xp̄i & totius ecclesiae.
Tum ille suscipiens omnem se adhibi
turum sicut praecipiebat diligen
tiam pollicetur. **S**ed iterum atq̄
iterum eadem saepius repetens iu
uenem commenda bat ac tentus &
post haec ephesum redit. **T**um ue
ro presbiter in domum suam adoles
centem suscipit commendatum &
cum omni diligentia enutrit amplex
atur fouet adultum etiam
baptismi gratia tradit. **P**ost
haec iam uelut confidens gratiae
qua fuerat communitus paulo in
dulgentius habere iuuenem coepit.
Sed ille ubi in matuta libertate poti
tus est continuo per aequos quis
luxus & desidia cordi est amare uita
& corruptae uiae incedere tramite
perdoce tur. **E**t primo quidem
conuiuiorum inlecebris decipitur
inde nocturnis eum suis socium
sibi participem q̄ consciscunt.
Post haec iam ad maiora flagitia per
trahunt. **I**nterea sensim iuuenis
formabatur & instruebatur ad

68
scelera. **E**t qui esset acer ingenio sicut
equus infrenis & ualidus duris moribus
obfirmatus recti itineris lineam dere
linquens rectose contempto rapido
cursu totus fertur in praecipit. **I**ta
succedentibus sibi malis ut desperatio
nem quoque ad o sibi prestatae salutis
acceperit. **D**edignatur iam de par
uis sceleribus cogitare grandia quae
molitur et ex integro perditione se
tra dens nullius inferior esse in
flagitius patitur.

Denique illos ipsos qui prius magis
tri criminum fuerant discipulos fa
cit. **E**t latronum ex his turmam
quibus ipse dux & princeps uiolentus
praefecerat instituit & cum his omni
crudelitate grassatur. **V**erum tem
pore elapso cum reuicta poposeisset
utilitas inuitatur iterum ad illam
urbem iohannes. **E**t cum cetera
quorum gratia uenerat ordinasset.
Age inquit o episcopo depositam re
praesenta quod tibi ego plane et xp̄s
commendauimus ecclesia teste qua
regis. **A**t ille obstipuit primo
pecuniam putans a se repositi quam
non acceperat. **S**ed rursum con
siderabat nec posse fallere iohanne
nec quod non dedit quaerere. **H**ere
bat igitur stupens. **Q**uem iohan
nes haerentem uidens. **I**uuenem in
quit illum repe to abste & animam
fractis. **T**unc grauitet suspirans

senior & in lacrimas resolutus. ille
ait mor tuus est. Quomodo inquit
uel quali morte? Dō ait mor tuus est.
quia pessimus & flagitiosus euasit.
Ad ultimum etiam latrocinium adgres
sus est. Denique nunc montem
quendam cum multa latronum manu
occupauit. Quibus auditis apos
tolus uestem continuo qua orat in
ductus scidit. & cum ingenti gemitu
feriens caput suum. Bonum te in
quit custodem fractis animae dere
liqui. Sed iam nunc mihi equus
paretur. & dux tineris. Et con
festim ab ipsa ecclesia ascendens.
conciatis properabat. Cumq; per
uenisset ad locum. at tinctus ab his
latronibus qui custodiae obseruabant.
Sed ille neque effugere. neq; prosus
declinare usquam nitens. ingenti
tantum uoce proclamabat. quia ad
hoc ipsum ueni. adducite mihi prin
cipem uestrum. Quicum uenisset
armatus. eminus agnito iohanne
apostolo. pudore actus in fugā uerti
tur. Ille equo post eum admissa
confestim insequitur fugitarem.
etiam aetatis oblitus simul & clamans.
Quid fugis o fili patrem tuum? Quid
fugis inermem senem? miserere
noli timere. habes adhuc spē uitae.
Ego xpō rationem reddam pro te.
Certe & mortē pro te libenter excipi
am. sicut & dñs excepit pro nobis.

Et pro tua anima dabo animā meam.
sta tantum & crede mihi quia xp̄s
me misit. At ille audiens restitit.
ac uulcū dimisit inter ram. post
hoc arma proiecit. Tum deinde
treme factus. flebat amarissime.
Et accedens. semis genibus pro uol
uitur. gemitibus & ululatibus.
quibus poterat satisfacere. & u
berrimis lacrimarum suarū fon
tibus iterum baptizabatur. occul
tans solam dexteram suam.
Apostolus uero iuris iurandi sacramen
to se eiā saluatore impetratur unq
ueniam pollicens. simulq; genibus
eius prouolutus. atq; ipsam dexte
ram ex cuius caedis conscientia tor
quebatur. tamquam iam per poe
nitentiam purgatam deosculans.
Adecclesiam reuocat. et in desinen
tes pro eo orationes p̄fundens. &
cum ipso pariter ducens crebra ieu
nia. indulgentiam adō quam ei
pollicitus fuerat expecebat.
Sedet uarus sermonum consolatio
nibus. uelut quibusdam praecan
tationibus. efferos & exterritos
eius animos mitigabat. Nec prius
absticit. quam eum in omnibus emen
datum etiam ecclesiae praeficeret.
Praebens per hoc magna exempla
uetae paenitentiae. & documentū
ingens nouae regenerationis. atq;
insignia quaedam & trophaea uisibi

lus in eo resurrectionis ostendens.

ITEM UNDE SUPRA.

DE SANCTIS IUANNE SIC IOHANNES

In illo tempore. Dixit ih̄s petro. Sequere
me. Conuersus petrus uidit illum discipu
lum quem diligebat ih̄s sequentem. quiete
cubuit in caena super pectus eius. Et reliq̄.

DE PRINCIPIIUM VENERABILIS BE DE PRINCIPIIUM LECTIONIS

Lectio sANCTIS euANgelII quAE nobis
lecta est fratres mei. tantoma
iostanobis intentione debet per
singula uerba pensari. quanto mag
na gratiae supernae dulcedine to
ta redundat. Commendat enim
nobis beatus simus euangelista. & a
postolus iohannes. privilegium apo
stolis praecipui. quo ceteris amplius
meruit honorari ad dOMINUM. Commen
dat testimonium euangelicae descrip
tionis. quod ueritate diuina subnixū.
nullus fidelium dubitare pOSsit.
Commendat placidam suae carnis
absolutionem. quam dOMINUS specialiter
se uisitante percepit. Sed ut per
fectae lectionis huius principia con
siderare. ualeamus. libet superiora
parumper at tendere. Apparuit
dOMINUS post resurrectionem discipulis
septem. inter quos erat petrus. &
iohannes. frustra in piscando tota
nocte laborantibus. Et stans in
litore. copiosa rete eorum. piscium
multitudine impleuit. Mox que

egressus ad terram. inuitauit ad
prandium. & inter prandendum.
tertio petrum. an se amaret inter
rogauit. ac tertio amorem confiten
ti. quia ter eum negauerat. Et tertio
pascendas suas oues commisit.

Ac deinde quia pro earundem ouium.
id est animarum fidelium cura pas
torali. usque ad martirium crucis
esset peruenturus incimauit dicens.

Amen amen dico tibi. cum esses iunior
cingebas te & ambulabas ubi uolebas.
Cum autem senueris extendes manus
tuas & alius te cinget. & ducet quo
non uis. In manuum nam que exten
sione designauit. quod per mortem
crucis martirio coronandus. Incinc
tione aliterius. quod uinciendus aper
secutore. in ductu quo non uellet.
quod tormenta passionis contra uo
luntatem esset passurus humanae
fragilitatis. Sed ne grauis forte
uideretur petro praedicta ad dOMINUM
passio crucis. hanc suo confestim
lenire curauit exemplo. ut cruci
atum martiri eo leuius ferret.
quo se meminisset similem suo
redemptori mortis accipere senten
tiam. Postquam enim signi
ficauit ei qua morte darificaturus
esset dOMINUM. protinus adiungit.
quod in huius capite lectionis audi
uimus. Et dicit ei sequere me.
Ac si aper te dicat. Quia ipse prius